

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0338

0336

0342

0332

325

omnium, imo ei non esse obediendum. Pro levissimis causis
matrimonia solvunt, simoniam non curant. Corpus Christi in
coena Domini confectum per annum reservant, majoris aesti-
mantes esse efficacie. Excommunicant Papam, nostros pon-
tifices et omnem romanum clerum saepe. Rebaptizant bapti-
zatos per nos. Fornicationem simplicem non esse peccatum
dicunt. De sacramento extremae unctionis modice curant.
Barbas abradi peccatum esse dicunt. Saeculares dominos sup-
ponunt episcopis. Invidia maxima contra ecclesiam romanam
exardescunt, quare etiam Turcis totam quasi Graeciam tra-
diderunt se et provinciam perdentes propter ecclesiam latinam.

0347

0327

0387

0287

0437

0237

III. Syri.

Sunt in Jerusalem Suriani vel Syri, non Christiani
sed re filii mendaces, inconstantes, furtum pro nihilo reputan-
tes, Latinis insidiosi sicut Graeci, quorum subdantur directioni et
per omnia eorum erroribus sunt infecti, Judaizant etiam quan-
tum ad sabbathum, quod festivant, in communi locutione
utuntur lingua sarracenica, sed in divinis syriaca. Moribus
conformes sunt Sarracenis et barbas longas nutriunt et non
barbatos dehonestant, effoeminati sunt et penitus ad bellan-
dum inepti.

0837

IV. Jacobitae.

Sunt in Jerusalem Christiani, Jacobitae, qui dudum a
patriarcha constantinopolitano Dioscuro ab ecclesia graeca
sunt exclusi. Hi parvulos suos more Sarracenorum circum-
cidunt, nec confitentur nisi latentes quilibet sibi ipsi, et
non nisi unam naturam in Christo confitentur; in eorum Officiis
lingua Syrorum utuntur.

Ende

Anfang

V. Abessini.

Sunt in civitate sancta Abisini sive Indiani, qui
habent regem christianum, quem etiam Sarraceni timent in-
tantum, ut, qui poletum ejus habet, sine impedimento orientem
pervagatur. Hi parvulos etiam circumcidunt, candenti ferro
vultum adurunt et in nomine Christi baptizant, in fermento
consecrant et suos infantes sub utraque communicant specie.

